

consignandi et tabulas altaris benedicendi. Preter abbatiam Senonensem cœnobium sancti Trudonis rexisse creditur; id quodammodo probat ejus nomen insertum indici abbatum, ab auctore chronicis monasterii ejusdem vulgato. Abbatia sancti Naboris studiosissimus, litteras dedit anno 787 ad reprimendam vexationem Volmari comitis et advocati Ecclesie Metensis in homines monasterii, tam in exactionibus quam in rapinis per subadvocatos et ministros suos: unde cœnobium illud ad tantam devenerat inopiam atque miseriā, ut vix possent reperiri fratres qui Deo et sancto Nabori servire vellent. Cui vexationi ut obviaret, Angelramnus Walonem abbatem ac fratres induxit ad quasdam villas ex præbenda sua comiti tradendas; sieque nullam deinceps a comite molestiam patereatur. Haud contentus monasterio copiam ac pacem curasse, plurimum auxit possessiones et privilegia, perficiendis a sancto Sigibaldo ceptis adiutis operam navavit. Et quidem cum morte interceptus est, sancti Naboris tumulum decorabat, quem a diacono Metensis Ecclesie absolutum fuisse docet Alcuinus epigrammate 64. Capitulo suo prepositoram de Millertaco concessit, impretravitque a Carolo Magno diploma datum Carisiaci anno 776, quo non tantum ecclesia cathedralis, verum et cæteræ diecesis Metensis ecclesiæ atque monasteria a seculari jurisdictione forent immunita, interdicta regiis et imperialibus administris nibil contra personas et bona ecclesiastica moliendi facultate.

Oh singulare studium et existimationem qua eum prosecutus est rex, ad archicappellani dignitatem promotus fuit, simulque ab Adriano Romano pontifice accepit curam apud regem apocrisiarii seu nuntii apostolici munus exercendi. Forsan hæc munia, quibus prohibititus est ne in sua diœcesi resideret, occasionem dederunt episcopis Gallice cum violationis cœnonum insimulandi. Quam accusationem ut dilueret, collectionem canonum conscripsit, quam Adriano pontifici tradidit 19 Septembris 785. Hoc in opere aggreditor probare non esse licitum temere episcopos accusare, nec eorum famam sauciare. Indicat qua cautione quave prudentia rei episcopi judicari debant, qua quidem charitate ac circumspectione eorum vita contingenda sint. Omnes pene hi canones, maxima ex parte eruti ex falsis decretalibus numero octogeni, spectant ad modum procedendi in causis ecclesiasticis, quoram Angelramnus ab aliquibus viris eruditis anchor habetur; censent alii de promptis fuisse ex collectione falsarum decretalium Isidori Mercatoris.

Cantus Gregerianus sive Romanus, quem in Me-

A tensem Ecclesiam Chrodegangus introducere tentaverat, longe alienus erat a perfectione; verum sub Angelramni episcopatu ad magis regularē perductus est modulationem a cantoribus Romanis, quos ab Adriano papa impetratus rex Carolus Magnus secum in Franciam abduxit anno 787, e quibus unum Metas, alterum Suessionem misit, qui modum cantandi dicerent. Ad Angelramni preces Paulus Diaconus, coquimento Warnefridi, Longobardus genere, postea monachus Casinensis, ob eruditorem regi Carolo Magno dilectus, episcoporum Metensium historiam contexit, et ea honoristica clausit apostrophe: « Hic jam, pater sanctissime Angelramne, narrationis serie vestram beatitudinem locus exspectat: sed ego mea tenuitatis non immemor, attentare minus idonee non audeo, quæ de vestræ vita cursu laudabili majori stylo promenda sunt. » Diaconus alter Ecclesie Metensis, nomine Donatus, ei Vitam sancti Trudonis, præposita operi epistola, dedicavit. Auctor æqualis qui episcoporum Metensium Vitæ epitomena carnime scripsit, ita de Angelramno loquitur: :

Jam aunc triceaus postorqne octarus herili
Auxilio fulius traxit ad pia pascua vite
Angelramnus oves: quo tempore maximus armis
Rex Carolus sena, formaque, animoque decorus,
Italia accepit Christi i die munere seeptrum,
Quos simul Excelsi, Stephano posceute beato,
Protegat atque regat felices dextra per aum.

Mortuus est Angelramnus post 23 annos episcopatus, anno 791, dum Carolum regem in expeditione militari contra Hunnos tunc cepit comitaretur, in loco a diversi scriptoribus varie vocato *Asnaghium-Chunisberg, Asnabrug - Cumbeberg, Cummeberg*, unde corpus ejus in monasterium de Nova-Cella seu sancti Naboris advectum, illic sepultum est. De die obitus non consentiant antiqua manuscripta; sed majori parti ac Martyrologio cathedralis, quod ipsius mortem consignat ad vi Kalendas Novembris, stare satius est. Vacavit sedes viginti septem annos tresque mensis ex coilee sancti Symphoriani. Verumtamen Madaurensis episcopus, qui inter pontificium post Angelramni obitum non adimitit, hujus episcopatum ad annos usque quinquaginta, ejusque vitam ad annum usque 818 prorogat. Quam sane opinionem evertit Alcuinus, ipse jam ab anno 804 mortuus, epigrammate 164, quo testatur Angelramnum obisse domini sancti Naboris tumulum exornaret. Colitur inter sanctos in monasterio sancti Naboris, ubi ejus sepulcrum lapideum repertum est anno 1609, die 5 Augusti

COLLECTIO CANONUM

AB ANGELRAMNO METENSI EPISCOPO ADUNATA

ET ADRIANO SUMMO PONTIFICI OBLATA.

(Ex Mansi, Conciliorum ampl. Collect.)

Compendiosa traditio canonum Orientalium, sive Africanorum, quos beatus Adrianus papa in uno volumine cum superioribus conciliis ad dispositionem Occidentalium ecclesiærum Carolo Romæ posito dedit regi Francorum et Longobardorum ac patricio Romanorum. In primis de canonibus apostolorum sub numero 1 capitulorum.

Ecclesiastice regulæ sanctorum Patrum, apostolo-Dum, prolatae per Clementem Romanum pontificem, que ex Græcis exemplaribus in primo ordine ponuntur.

I. Episcopus a duobus vel tribus ordinetur.

II. Presbyter et reliqui clerici ab uno episcopo ordinentur.

III. Ne mei et aliud in sacrificio offeratur, nisi quod Dominus statuit.

IV. Novas spicas, uvas, oleum et incensum ad altare licet offerri ad benedicendum.

V. Reliqua omnia ad communem episcopi et presbyteri.

VI. Ut presbyter uxorem suam a gubernatione sua non ahiciat, sed caste regat.

VII. Ordinati secularibus curis dediti dejiciantur.

VIII. Ut Pascha ante aequinoctium vernale non celebretur.

IX. Ut ministri altaris facta oblatione communient.

X. Ut et laici ecclesiam ingressi communicent.

XI. Si quis cum excommunicato sacerdotem in domo oraverit, excommunicetur.

XII. Si quis cum damnato clero veluti cum clero oraverit, damnetur.

XIII. Ut nullus praeter commendatitias litteras suscipiatur.

XIV. Ne episcopi alienam parochiam invadant.

XV. Ne clerici suam ecclesiam relinquant præter episcopi licentiam.

XVI. Ut episcopus fugitivum alterius episcopi clericum retinens excommunicetur.

XVII. Ne bigamus, vel concubinam habens, ordinetur.

XVIII. Ne corruptarum mariti ordinentur.

XIX. Ut duabus sororibus, vel filiæ fratris corrup... ad clerum non admittatur ^a.

XX. Clericus fidejussor abhiciatur.

XXI. Per vim eunuchizatus possit fieri episcopus.

Et qui eunuchizaverit, non ordinetur. Si clericus se eunuchizaverit, deponatur.

XXII. Laicus semetipsum abscondens tribus annis excommunicetur.

XXIII. Episcopus, vel presbyter, vel diaconus in fornicatione, perjurio, vel furto capti, deponantur, non tamen excommunicentur.

XXIV. Similiter reliqui clerici judicentur.

XXV. Quod lectoribus tantum liceat matrimonium contrahere. Quod episcopus, presbyter, diaconus, peccantes fideles verberare non debeant.

XXVI. Ut damnati pristinum officium usurpantes de Ecclesia penitus abscondantur.

XXVII. Episcopus, presbyter, diaconus per pecuniam ordinatus, cum ordinatore suo deponatur, et excommunicetur ut Simon Magus a Petro.

XXVIII. Ut episcopus [per] seculares potestates ecclesiam obtinens deponatur.

XXIX. Ut presbyter qui contempto episcopo suo seorsum conventus fecerit, deponatur.

XXX. Quod clerici ab episcopo suo damnati, ab aliis non debeant recipi.

XXXI. Episcopi, presbyteri, diaconi, peregrini per [Leg. præter. Hard.] commendatitias litteras suscipiantur hospitio, non ad communionem.

XXXII. Ut episcopi sine primate suo, primas absque suis suffraganeis, nil disponant, nec in propriis [Leg. nisi in propriis. Hard.] parochiis.

XXXIII. Ut episcopus qui in aliena parochia clericos nosciente eorum episcopo ordinaverit, deponatur cum his quos ordinavit.

XXXIV. Ut episcopus curam populi suscipere no-

^a Qui duas sorores duxit aut consobrinam, clericus esse non potest.

A Ieus, excommunicetur. Item clerici, si populum non erudierunt, ut legitimo episcopo obedient, si ad illos venire noluerint; et bis in anno concilia episcoporum celebrentur.

XXXV. Ut episcopus omnes ecclesiasticas res dispenset, nec inde aliquid suis parentibus non pauperibus subministrari patiarur.

XXXVI. Ut presbyteri et diacones præter episcopum nihil agant: sin autem ab invicem separate res ecclesiasticae et res episcopi propriae, quas ille dare possit quibus voluerit, ne, eo moriente, propinquus ejus proscribantur sub obtentu ecclesie.

XXXVII. Omnes res ecclesiæ in potestate sint episcopi ad dispensationem pauperum. Episcopus, presbyter, diaconus aleator aut ebriosus, aut desinat, B aut damnetur; delinquentes clerici, sive laici eadem facientes, excommunicentur.

XXXVIII. Episcopus, presbyter, diaconus, usarii, aut desinant, aut damnenetur.

XXXIX. Episcopus, presbyter, diaconus, cum hereticis tantum orantes, excommunicentur.

XL. Si vero eos ad clericale officium hortati fuerint, damnenetur.

XLI. Episcopus, presbyter, baptisma hereticorum non in nomine Trinitatis baptizantium suscipes, damnenetur.

XLII. Episcopus, presbyter, qui recte baptizatum rebaptizaverit, vel non recte baptizatum non baptizaverit, deponatur.

XLIII. Si laicus uxorem suam pellens, alteram vel C ab alio dimissam duxerit, excommunicetur.

XLIV. Si quis episcopus vel presbyter non baptizaverit in nomine sanctæ Trinitatis, abhiciatur.

XLV. Si quis episcopus vel presbyter non per trianum mersionem baptizaverit, deponatur.

Regule Ancyranæ concilii numero xxv priores quidem sunt Nicæni: sed ideo Nicæni ista postponuntur, propter sancti et magni concilii auctoritatem Nicæna congregati.

I. Ut presbyteri qui immolaverunt invitii, et postea paganis reluctati sunt, deposito quidem officio, honorem proprie sedis retineant.

II. Item de diaconibus fiat, si similiter peccaverint, sic ut digne poenitentibus parcere possint.

III. Ut hi qui ad sacrificandum idolis violenter attracti sunt, a communione non separantur, qui in arbitrio tamen episcoporum ordinari possunt.

IV. Ut hi qui paganorum ritus invitii fecerunt, tandem se peniteant, quandiu se paganizaverunt.

V. Ut hi qui non tormentis summis sacrificare coacti sunt, inter audientes usque ad magnum diem Cœnæ Domini suscipiantur, deinde sex annis penitentiant.

VI. Ut hi qui in locis idolorum proprios cibos manducaverunt, biennio peniteant.

VII. Ut qui frequenter coacti sunt sacrificare, se penitentio peniteant.

- VIII. Ut qui et alios sacrificare compulerunt, de- A talem copalam non literaturam si vita conceda-
cenno pœniteant.
- IX. Ut diaconi incontinentes deponantur.
- X. Ut sponsæ a raptoribus, licet etiam corruptæ, libido nos perficitur.
- XI. Quod ordinandis non noceat quod ante baptis-
mum sacrificaverunt.
- XII. Ut correpti [eborepiscopi] presbyterum vel diaconum non ordinent, nec presbyter aliquid agat in parochia sine præcepto episcopi.
- XIII. Ut clerici esum carnium abominantes depo-
nuntur.
- XIV. Et ecclesiæ restituatur quidquid presbyteri de rebus ecclesiasticis absque episcopo vendiderunt.
- XV. Ut masculorum et pecorum concubitores, nondum vicennes, post xv annos in pœnitentia ex-
actos, orationum communionem recipient. Deinde post quinquennium communionem altaris percipient. Quibus etiam prolixius tempus ad agendam pœnitentiam imponendum est, si tale scelus frequentaverint. Qui autem jam vicennarii et uxorati ita peccaverint, xxvi annis pœnitentia exactis tandem in oratione communicent, deinde post quinquennium oblationis sacramenta percipient. Qui vero quinquagenarii et uxorati ita peccaverunt, tandem ad exitum vitæ communionem recipient.
- XVI. Ut masculorum vel pecorum concubitores, inter dæmoniacos tantum orent.
- XVII. Si episcopi ordinati, nec recepti, alias epi-
scopis vim seditionis inferant, abjiciantur.
- XVIII. Ut virginalis propositi prævaricatores inter bigamos computeantur, et ne virgines habitent cum aliquibus quasi sorores.
- XIX. Si cuius uxor adultera fuerit, vel si vir adul-
terium communiscait, septennio pœniteat.
- XX. Ut feminæ quæ partus suos ex fornicatione decant, decennio pœniteant.
- XXI. Ut spontanei homicidæ post jugem pœnitentiam in exitu vitæ communionem recipient.
- XXII. Ut non spontaneum homicidium septennio vel quinquennio emendetur.
- XXIII. Qui divinationes expertant more gentilium, quinque annos pœniteant.
- XXIV. Quidam sponsæ suæ sororem ingavidauit. Deinde sponsa, ab eo in uxorem ducta, soror ejus D corrupta, laquo se suspendit. Hi qui fuerunt consciæ, decennio pœniteant.
- Et subscriperunt xviii episcopi: Vitalis Antiochenus, Marcellus Aneyranus, Agricolaus Cæsariensis, et reliqui xv episcopi.
- Regula in Neocæsariensi synodo prolatæ Anciranis quidem vel Cæsarænsibus temporibus posterioribus, sed Nicæniæ anteriores.*
- I. Presbyter si uxorem duxerit, deponatur; si vero in fornicatione vel adulterio peccaverit, ad actiorem pœnitentiam compellatur.
- II. Ut mulier duobus fratribus nupta, usqne ad mortem alijsciatur.
- III. Verum in exitu suscipiatur, si promiserit se
- IV. Quod multinubi pœnitere debeant.
- V. Ut gratia divina non imputetur, si desiderata libido nos perficitur.
- VI. Ut catechumenus expellatur, si post admonitionem peccans jussa prævaricatur.
- VII. Ut gravida catechumena baptizetur.
- VIII. Ne presbyteri nuptiis bigamii intersint, quia bigamia eget pœnitentia.
- IX. Ut laicus cuius uxor adultera est, non ordinetur. Et clericus eum adultera uxore vivens dejiciatur.
- X. Presbyter confessus se ante ordinem crimen perpetrasse, oblatæ non consecret, in reliquis manens officiis. Non confessus autem, si convinci non poterit, suo judicio relinquitur.
- XI. Diaconus simili modo lapsus deponatur.
- XII. Presbyter ante xxx annos non ordinetur.
- XIII. Ut in ægitudine baptizatus presbyter non fiat, nisi necessitate.
- XIV. Ne presbyteri ruris in civitate coram epi-
scopo vel presbyteris urbis offerant, nisi forte illis absentibus advocentur.
- XV. Ut in civitate vii sint diaconi, sicut Actuum apostolorum liber præcipit.
- Et subscriperunt, Vitalis Salaminius, Amphion, et reliqui, qui in Cæsarea [Leg., Neocæsarea] con-
venerunt xix episcopi.
- C *Viginti canones Gangrenis concilii, post Nicænum concilium expositi.*
- I. Si quis conjugium pro crimine detestatur, anathema sit.
- II. Si quis religiose carnes edentem exsecratur, anathema sit.
- III. Si quis servum pro religione dominum suum contempnere docet, anathema sit.
- IV. Si quis spernit presbyterum eo quod legitime conjugatus fuerit, anathema sit.
- V. Si quis domum Dei contemptibilem docet, anathema sit.
- VI. Si quis ecclesiastica ministeria extra ecclesiam temere usurpaverit, anathema sit.
- VII. Ut nullus oblationes ecclesiæ extra ecclesiam, præter conscientiam episcopi vel vicarii ejus suscipiat.
- VIII. Ut nullus accipiat vel distribuat oblationes pauperibus, præter episcopum vel ejus vicarium.
- IX. Ut nullus pro virginitate exsecretur nuptias.
- X. Ut nullus virginitatem custodiens adversus conjugatos superbiat.
- XI. Ut nullus exercetur agapas. id est convivia pauperibus exhibita.
- XII. Ut nullus virorum in signum continentiae pallio utatur, despiciens eos qui solitis vestibus utun-
tutur.
- XIII. Ut nulla femina virilem habitum sumat quasi pro continentia.

- XIV. Ut nulla femina virum relinquat pro execratione nuptiarum.
- XV. Ut nullus filios suos negligat per occasionem continentiae.
- XVI. Ne filii parentes occasione Christianitatis despiciant.
- XVII. Ne mulieres quasi pro divine cultu attendantur.
- XVIII. Ne quis in die Dominica quasi pro continentia jejunet.
- XIX. Ut nullus ecclesiastica jejunia absque necessitate dissolvat.
- XX. Ut nullus collectas exsecretur quae sunt in commemoratione martyrum.
- Et subscripterunt, *Aelianus, Eusebius, Basilius, Osius, Gregorius, et reliqui episcopi numero x.*
- Viginti quinque regulæ apud Antiochiam in encœniis exposita.*
- I. Quicunque cum Judæis contra statuta Nicenæ concilii Pascha celebraverit excommunicetur. Et damnatus clericus omni quoque honore extrinsecus, quem sancta regula vel sacerdotium promovuit, privetur.
- II. Ut quicunque se a sancta communione pro quadam intemperantia suspendit, vel qui excommunicato communicaverit, excommunicetur.
- III. Ut clericus qui ad propriam parochiam redire contempserit, degradetur.
- V. Ut episcopus, presbyter, diaconus damnatus, si pristinum officium usurpaverit, immquam restituatur, et omnes ei post damnationem scienter communicantes, excommunicentur.
- V. Si clericus proprium episcopum contemnens seorsim colligit, irrevocabiliter damnetur. Idem si ecclesiam turbare non desinit, per ceteras potestates opprimatur.
- VI. Ut excommunicatus a suo episcopo non recipiat.
- VII. Ut peregrini sine commendatitiis litteris non suscipiantur ab alio.
- VIII. Presbyteri agrorum non possunt dare canonicas epistolas, sed chorepiscopi.
- IX. Ut metropolitanus, licet comprovincialibus episcopis prælatus, nil tamen præter illos, nisi in propria parochia, dispenset.
- X. Quod chorepiscopi ordines inferiores usque ad subdiaconatum dare non possunt. Et clericus, qui præter litteras comprovincialium episcoporum, pro querimonii adierit imperatorem, honore et communiione privetur.
- XI. Ut clerci damnati, si imperatorem adierint, immquam restituantur.
- XII. Ut irritum sit quidquid episcopus non rogatus in aliena parochia ordinaverit.
- XIII. Si in damnatione episcopi provinciales episcopi dissenserint a metropolitano, vicinis episcopis advocatis, causa terminetur.
- XIV. Si omnes provinciales episcopi in damnatione unius consenserint, hunc apud alios judicare non oportebit.
- XV. *Desideratur:*
- XVI. Ut episcopes vacantis ecclesie invaserit abiciatur.
- XVII. Si quis susceptum episcopatum adire et gubernare contempserit, excommunicetur.
- XVIII. Si quis susceptum episcopatum non suo sed aliorum vitio devitaverit, honorem suum retinere debet.
- XIX. Ut metropolitanus non nisi cum pluribus episcopis ordinet episcopos.
- XX. Ut in provincia episcoporum concilia bis in anno fiant.
- XXI. Ut episcopes de sua parochia in alienam B nullo modo transmigret.
- XXII. Quod irrita sit ordinatio quam episcopus in aliena parochia in alienis clericis usurpaverit.
- XXIII. Ut irritum sit, si episcopus sibi successorem elegerit.
- XXIV. Ut res ecclesiæ judicio episcopi dispensetur, separata quidem ab ejus propriis rebus, quas ille dare possit quibus voluerit, ne, eo moriente, invadantur res ejus propria cum rebus ecclesiæ.
- XXV. Quod episcopus ecclesiasticas res sibi et aliis dispensare possit, non tam ad superfluitatem, sed ad indigentiam necessitatem.
- Et subscripterunt xxx : *Eusebius Palestiniensis, Theodosius Mesopotamicus, Theodorus Isauriensis, et reliqui.*
- Sancta synodus quæ apud Laodiceam Pacatia [Pacatiana] Phrygiæ convenit, regulas LIX exposuit subter annexas.*
- C I. Si qui secundo legitime nuperant, post [Lege postique] qui parvo tempore transacto orationibus va- caverint, ad communionem recipientur.
- II. Ut perfecte poenitentiis communio concedatur.
- III. Ut noviter baptizati non fiant clerici.
- IV. Ne ordinationes fiant sub conspectu audientium, id est catechumenorum.
- V. Ne clerici aliquo modo sint usurarii.
- VI. Ne permanentes in heresi permittantur intrare domum Dei.
- D VII. Ut Novatiani et Tessaresiæ decatizæ, et Sotiani [Forte Photiniani] ad Ecclesiam redeentes post abjurationem heresis per unctionem chrismati reconcilientur.
- VIII. Ut ex heresi Cataphrygarum conversi baptizentur.
- IX. Ut catholici ad haereticorum cosmeteria ortum euntes excommunicentur.
- X. Ne catholici cum haereticis indifferenter coniugium ineant.
- XI. Ut illæ quæ dicuntur presbyteræ, praesidentes in ecclesiis non ordinentur.
- XII. Ut episcopi cum iudicio metropolitani et aliorum episcoporum provehantur.
- XIII. Ne iudicio multitudinis ordinationes fiant.

- XIV.** Ne eulogiae, id est oblate, ad alias parochias destinentur.
- XV.** Ut nullus praeter regulares cantores in pulpito cantet.
- XVI.** Ut in sabbato evangelia cum aliis Scripturis legantur.
- XVII.** Ne in ecclesia psalmi continuuntur, sed per singulos psalmos lectiones recenseantur.
- XVIII.** Ut idipsum officium precum, et nona et vespere celebrentur.
- XIX.** Ut post prædicationem episcoporum, fiat oratio super catechumenos : quibus egressis, oratio fiat super poenitentes tunc ad manum sacerdotis accedentes. His discedentibus, consummantur tres orationes fidelium. Prima quidem sub silentio, secunda vero et tertia per solitas exclamaciones. Et pace data celebretur oblatio. Solis autem sacris ministris juxta altare liceat communicare.
- XX.** Ne diaconi coram preabytero sedeant, nisi eo jubente. Similiter diaconi ab inferioribus honorentur.
- XXI.** Ut subdiaconi remoti sint a diaconio, id est secretario, nec Dominica vasa contingent.
- XXII.** Ne subdiaconus orario utatur, nec ostia relinquit.
- XXIII.** Ne lectores vel cantores cum orariis legant vel psallant.
- XXIV.** Ne clerici, vel continentes, vel monachi comedant in tabernaculo.
- XXV.** Ne subdiaconi panem dent vel calicem benedicant.
- XXVI.** Quod nusquam exercizare possint bi qui ab episcopo ad hoc non sunt ordinati.
- XXVII.** Ne clerici ad agapen vocati partes ecclesiastarum accipiunt.
- XXVIII.** Quod non licet in ecclesiis agapen fieri, vel manducari, vel accubitus sterni.
- XXIX.** Ut nullus in sabbato judaizando otietur.
- XXX.** Ut viri cum mulieribus non laventur.
- XXXI.** Ne catholici filios suos vel filias haereticis dent in conjugium, sed magis accipient, si tamen illi se catholicos fieri promittant.
- XXXII.** Ne quis eulogias ab haereticis suscipiat, quæ non benedictiones sunt sed maledictiones.
- XXXIII.** Ne quis cum haereticis vel schismaticis ore.
- XXXIV.** Quod anathema sint quicunque, ad haereticorum martyres accesserint.
- XXXV.** Ut anathema sit, quicunque relicta ecclesia, angelos colere, vel congregations facere præsumperit. Ut clerici incantationibus vel phylacteriis utentes excommunicentur.
- XXXVI.** Ne quis a Judeis vel ab haereticis dona festivitatis eorum suscipiat.
- XXXVII.** Ne quis azyma suscipiat a Judeis.
- XXXVIII.** Ne quis cum gentilibus festa celebret.
- A** **XXXIX.** Ne episcopi vocati ad synodus venire contemnant.
- XL.** Ne quis clericus sine canonicis litteris, id est formatis profisciscatur.
- XLI.** Ne subdiaconi vel paululum januas ecclesie deserant.
- XLII.** Ne clerici sine jussione episcopi profisciscantur.
- XLIII.** Ne seminarie ingrediantur ad altare.
- XLIV.** Ut nullus post duas quadragesimæ hebdomadas baptizetur.
- XLV.** Ut baptizandi symbolum discant, quod in quinta feria majoris septuaginta episcopo vel presbitero reddant.
- B** **XLVI.** Ut in ægritudine baptizati fidem postea addiscant.
- XLVII.** Ut baptizati chrismate confirmantur.
- XLVIII.** Ut panis benedictionis in quadragesima non offeratur, nisi in sabbato vel Dominica.
- XLIX.** Ut nullus in Coena Domini jejuniuム quadragesimale solvat.
- C** **L.** Ne natalia martyrum in quadragesima celebrentur, sed eorum commemoratione in sabbatis vel Dominicis fiat.
- LI.** Ne nuptiae vel hominum natalitia celebrentur in quadragesima.
- LII.** Ne Christiani nuptiis plaudant vel saltent, sed venerabiliter coenent.
- LIII.** Ne clerici ludicris spectaculis intersint in cœnis vel nuptiis, sed ante discedant quam thymelici veniant.
- LIV.** Ut nullus ex . . . vel comissionibus [colatis vel commissariis, hoc est ex symbolis] convivia celebret.
- LV.** Ne presbyteri ante episcopum intrent sacramentum et sedeant, sed cum ipso.
- LVI.** Ut in villis vel in agris non episcopi, sed visitatores constituantur.
- LVII.** Ut in domibus oblatio non celebretur ab episcopo vel presbytero.
- LVIII.** Ne pleteii psalmi in ecclesia cantentur; nec alii libri, nisi Novi et Veteris Testamenti tantum in ecclesia legantur. Et subscripterunt xxii Patres.
- D** **Præfatio canonum Sardirenium [Ms., Serdicenium] sive Africorum**
- Sunt etiam viginti regulæ quæ per Osium Cordubensem episcopum currunt, quæ titulantur tanquam xl. episcoporum apud Serdicam, quæ tamen non apud Græcos, sed magis apud Latinos inveniuntur. Sciendum est autem hunc Osium inter ccxxviii Patres Nicæni concilii honorabilem fuisse, atque ab apostoliæ sede cum Victore et Vincentio presbyteris destinatum, qui et Hispanus usque ad tempus Constantii principis in corpore legitur permansisse. Hic tamen in extremis suis satis pueriliter desipuit, ut Severus Sulpicius in Chronicis suis testatur, asso-

rens quod Constantius imperator numerosissimum Ariminense concilium, ab eo contra catholicam fidem congregatum, Arianæ heresi subscribere compulisset. Unde etiam placuit ut, missa apostolica legatione, a predicto Osio perquireretur an Nicæna synodus, cui ille interfuit, Filium Patri τον οὐσίαν, id est consubstantiale, quod catholicorum est, an εὐόμενον, id est, consimile tantum, quod Ariani dicunt, decrevissent confitendum. Sed ille, aut pro longa ætate despiens, aut assentatione principis verum dissimulans, respondisse perhibetur, utramque partem recte confiteri, sive τον οὐσίαν, sive εὐόμενον. Quod responsum tam a catholicis quam ab Ariani uno ore irrigum est atque refutatum. Denique post hoc responsum, in civitate sua Corduba, in qua episcopus fuit, nomen inter catholicos episcopos minime recitatum est.

Sunt etiam ecclesiasticae regulæ, quæ in Africanis regionibus frequentissime synodali concilio conscriptæ sunt. Sed in his omnibus illa sequi debeimus quæcumque a Nicæno concilio et a sancta atque apostolica Ecclesia Romana non discrepare videmus.

Hanc præfationem latius explicatam e ms. cod. Vaticano num. 1337 exhibent Ballerini in dissert. prælim. ad tom. III Operum sancti Leonis Magni, pag. CLXXXVII^a, ex quibus hic datur. (MANS.)

Præterea sunt aliae xi regulæ quæ per Osium episcopum Cordubensem currunt, quæ titulantur tanquam xx episcoporum apud Sardicam, quæ tamen non apud Græcos, sed apud Latinos magis inveniuntur. Sed quoniam Osii præfati mentio facta est, necessarie omnibus catholicis intimandum est hunc euendum apud Nicænam Bithynie inter sanctissimos cccxviii patres suis honorabilem, atque ab apostolica sede cum Vincentio et Victore presbyteris destinatum, quique in Hispaniis usque ad tempus Constantii principis in corpore mansit. Nam memoratus Constantius (sicut vir eruditissimus Sulpicius Severus in Chronicis suis resert, quique diligent cura complectens nostræ inmemorice dereliquit) apud Ariminum Italie numerosam utriusque orbis synodus episcopalem collegit, et adversus fidem catholicam, vel cccxviii Patrum definitionem Arii cupiens venena revolvere, Ecclesiam Dei tyrannica usurpatione turbavit. Denique coacti vel metu principis, vel Tauri presentia, cui executio taliter fuerat delegata, ut si major pars concilii in Arianorum persidiam consentiret, ipse consulatus insignia mereretur, pene omnes qui ibidem fuerunt episcopi subscrivserunt. Sed postea iterum, divino inspirante presidio, quam plurimi agentes poenitentiam, datis quoque libellis ad sanctam Ecclesiam catholicam, de qua plus necessitate quam voluntate discesserant, redierunt. Unde et in aeternum ab omnibus catholicis Ariminensi concilio recte dicitur

^a Patrologia tomo LVI, col. 11. Evid.

^b At Sulpicius Hist. Eccl. non omnia haec tradit.

^c Huc usque dederunt Ballerini, ex Vaticano cod. indicantes reliqua etiam que sequuntur in eodem volume continuari, omissose tamen se ab iis annotan-

A anathema : quod si quis dicere neglexerit, catholicus non est. Hunc ergo Osium, sicut predictus Sulpicius ^b resert, in longa synodi disceptatione, quoniam, ut supra memoratum est, adhuc Constantii temporibus erat in corpore, placuit missa episcopali legatione debere perquiri, utrum in sancta et venerabili Nicæna congregatione, in qua præsens fuerat, omisione, sicut nos catholici recte confitemur, id est unius cum Patre substantie Filium, an certe, sicut Ariani contendunt, omisione, quod est similis cum Patre substantiæ Filium, quod omisione cccxviii patres nostri confiteri decrevissent. Qui, sive per longam ætatem despiens, sive certe per assentationem principis hujusmodi responsum dedisse perhibetur, utramque partem recte intendere, sive omisione, sive omisione. Cujus sententia quoniam stulte prolatæ est, ab omnibus catholicis, etiam ab Ariani. uno ore irriga atque refutata est. Denique in civitate Corduba, in qua episcopatum tenuit, post hanc consultationem, sive responsum, nomen ejus inter catholicos episcopos antecessores, vel decessores ejus, minime recitatatur.

Sunt haec regulæ, quæ per supradictum Osium et xx episcopos currunt, salva et incolumi fide cabalica, quæ apud eamdem Nicænam Bithynie a cccxviii Patribus exposita est, et post iterum in urbe Roma ^c Silvester papa a Petro trigesimus quartus, congregatis cum consilio Constantini Augusti in urbe Roma 277 Patribus, post Nicænam synodum damnavit item Arium et ceteros haereticos, et constitutiones plerasque Ecclesiæ necessarias ordinare studuit. Siricius, a Petro quadragesimus scripsit decretalia capitula 15 propter quasdam necessitates, Omerio Tarragonensi episcopo consulente. Innocens, a Petro quadragesimus secundus, scripsit quasdam epistolas ad episcopos diversarum provinciarum, in quibus continentur capitula decretalia 56. Zozimus, a Petro quadragesimus tertius, scripsit epistolam decretalem ad Hesicum Salonianum episcopum sub tribus capitulis prenotatam. Coelestinus, a Petro quadragesimus quintus, scripsit epistolam ad Venerium et ceteros Galliarum episcopos, in qua teneatur capitula 12. Leo, a Petro quadragesimus septimus, scripsit quasdam epistolas ad diversarum provinciarum episcopos, in quibus continentur capitula 29. Hilarius, a Petro quadragesimus octavus, presentibus episcopis et presbyteris 45, statuit capitula synodica 6. Felix, a Petro quinquagesimus, presentibus episcopis, et presbyteris 81, capitula canonum constituit 27 pro rebaptizatis in Africa episcopis, presbyteris, et diaconibus. Gelasius, a Petro 45, capitula 27 de institutis ecclesiasticis. Anastasius, a Petro 52, capitula decretalia 8 ad Anastasium Augustum pro diversis Ecclesiæ causis. Symmachus, a Petro 53, una cum episcopis, presbyteris et diaconibus statuit capita dis, eo quod pars eorum vulgasset Salmon in tractatu de l'étude des conciles, pag. mihi 177, pars vero jani dedisset Dacherius in Spicileg. tom. I, pag. 507, edit. in fol. Ex utroque ergo huc dantur.

synodica quinque. Item ejusdem in decretali secundo A capita synodica 7 Ecclesiae necessaria; quæ cum episcopis, presbyteris et diaconibus 481 firmata sunt. Gregorius doctor, a Petro 66, scripsit capita synodica sex cum episcopis 24, temporibus Mauriti Augusti. Item ejusdem capitula undecim valde necessaria ad Augustinum in Britannia, ipso requirente, scripta. Martinus, a Petro 77, constituit synodus in urbe Roma cum Patribus 105 contra Cyrum et socios ejus hereticos, damnans eos qui naturam et unam operationem in Filio Dei asserabant, quam transcribens misit per orthodoxos viros in Orientem et Occidentem. Gregorius secundus, a Petro nonagesimus primus, scripsit capita septendecim omni Ecclesiae servanda, cum Patribus triginta tribus, eaque sub anathematis vinculo alligavit.

ANNOTATIO DE SYNODIS.

a Annotatio libelli de synodis xxiv quæ ante vel infra seu post sex synodos leguntur esse conscriptæ.

Prima annotatio Ancyranæ, quæ ante Nyctenam fuit, propter auctoritatem maiorem postponitur, in qua Patres xviii statuerunt canones xxiv, quorum auctor maxime Vitalis Antiochenus episcopus exstitit.

Secunda, Neocæsariensis, quæ post Ancyranam et ante Nyctenam legitur fuisse, in qua Patres xiii statuerunt canones xiv, quorum auctor maxime Vitalinus Salaminius exstitit.

Tertia, Gangrensis, quæ post Nicænam legitur fuisse, in qua Patres xvi statuerunt canones xx propter quadam necessitates ecclesiasticas, maxime contra Eustachium, qui dicebat quod nullus in conjugali gradu positus, nec ullus fidelis qui non omnibus renuntiaret quæ possideret, spem apud Deum haberet, et multa alia venenosa quæ enumerare longum est.

Quarta, Sardicensis, in qua Patres ix statuerunt canones xxi, quorum auctor maxime Osius Cordubensis episcopus, et sancte Romanæ Ecclesie legatarius exstiterunt.

Quinta, Antiochenæ synodi, in qua Patres xxx statuerunt canones xxv, quorum auctor maxime Eusebius Palæstinensis episcopus exstitit.

Sexta, Laodicensis, in qua Patres xxii statuerunt canones lviii, quorum auctor maxime Theodosius episcopus exstitit.

Septima, Carthaginensis, in qua Patres ccxviii statuerunt xxxiii, quorum auctor maxime Aurelius Carthaginensis episcopus exstitit, etiam sanctus Augustinus Hippouensis episcopus in eadem synodo legitur fuisse temporibus Honorii Augusti.

Octava, Africana sub Theodosio minore Augusto, in qua Patres ccxiv recitaverunt et firmaverunt canones cv qui per diversa concilia Africanae provinciae temporibus Aurelii Carthaginensis episcopi leguntur esse conscripti.

Nona, Arelatensis, in qua Patres xc statuerunt canones, quorum autores maxime Silvester urbis Romæ episcopus et sanctus Marinus Arelatensis episcopus exstiterunt, temporibus Constantini Augusti, sicut quidam asserunt.

Decima, Arelatensis, in qua Patres xix statuerunt canones, quorum auctor maxime Cæsarius Arelatensis episcopus exstitit.

Undecima, item Arelatensis, in qua Patres xviii statuerunt canones.

Duodecima, item Arelatensis, in qua Patres xi statuerunt canones, quorum auctor maxime sanctus Cæsarius Arelatensis episcopus exstitit.

* Sequentia ex Spicilegio dantur.

A Tertiadecima, item Arelatensis, in qua Patres xix statuerunt canones, quorum auctor maxime Sulpicius Arelatensis episcopus exstitit.

Quartadecima, Arausicensis, in qua Patres xvi statuerunt canones quorum auctor maxime Hilarius episcopus exstitit.

Quintadecima, Epennensis, in qua Patres xvii statuerunt canones xl, quorum auctor maxime Cæsarius episcopus exstitit.

Sextadecima, Agathensis, in qua Patres xxxiv statuerunt canones, quorum auctor maxime Cæsarius episcopus exstitit.

Septimadecima, Aurelianensis, in qua Patres lxxii statuerunt canones, quorum auctor maxime Aurelianus Arelatensis episcopus exstitit, temporibus Clodovei regis.

Octavadecima, item Aurelianensis, in qua Patres xxxi statuerunt canones, quorum auctor maxime Melanius Rodonensis episcopus exstitit.

B Nonadecima, item Aurelianensis, in qua Patres xxv statuerunt canones quorum auctor maxime sanctus Altinus Andegavensis episcopus exstitit.

Vigesima, Arvernensis, in qua Patres xv statuerunt canones, quorum auctor maxime Honoratus Brevitensis episcopus exstitit.

Vigesima prima, Matisensis, in qua Patres xxi statuerunt canones, quorum auctor maxime Priscus Lugdunensis episcopus exstitit.

Vigesima secunda, item Matisensis, in qua patres lxiv statuerunt canones, quorum auctor maxime item Priscus Lugdunensis episcopus exstitit.

Vigesima tertia, Lugdunensis, in qua Patres xiv statuerunt canones, quorum auctor maxime Philippus Viennensis episcopus exstitit.

Vigesima quarta, item Lugdunensis, in qua Patres xx statuerunt canones, quorum auctor maxime item Priscus Lugdunensis episcopus exstitit.

C Placet his addere aliam persimilem annotationem, quam excepti ex ms. cod. Vaticano 1342, seculi, ut ego tunc judicavi, noni. Sic autem incipit ab quo tuto.

Ancyritana xviii Patrum, cuius auctor fuit Vitalis Antiochenus episcopus Neocæsariensis, xiv canones a Patribus xvii statuti sunt. Gangrensis contra Eustachium, qui dicebat neminem posse salvari, si non renuntiaret omnibus. Sardicensis, ubi fuit Osius Cordubensis episcopus ix Patrum. Antiochena, cuius auctor fuit Eusebius Palæstinus episcopus, xxx Patrum. Laodicensis xvii Patrum, cuius auctor fuit Theodosius episcopus. Carthaginensis ccxviii Patrum, ubi fuit sanctus Augustinus. Africana ccxxxiv Patrum n. cv statuta Aurelii episcopi firmata sunt sub Theodosio minore Augusto. Aurelianensis I, cui presedit, Deo mediante, Silvester papa temporibus Constantini.

Alia Arelatensis cuius auctor fuit Cæsarius.

D Arelatensis episcopus xviii Patrum. Alia Arelatensis xix Patrum. Alii etiam Arelatensis xviii Patrum, ubi Cæsarius prædictus fuit. Arausicana xvii Patrum, cuius auctor fuit Hilarius. Alia Arelatensis xvii Patrum, cuius auctor fuit Sarpidus Arelatensis episcopus. Euphanensis xxvii patrum ix canonum, ubi præsens Cæsarius fuit. Aurelianensis lxxxi Patrum, cuius auctor fuit Aurelianus Arelatensis episcopus. Alia Arelatensis xxii Patrum, cuius auctor fuit Melanus episcopus Redonensis. Alia Aurelianensis, cuius auctor sanctus Altinus, Andegavensis episcopus fuit. Arvernensis xv Patrum, cuius auctor Honoratus Treverensis episcopus fuit. Matisensis lxxviii Patrum, cuius auctor Priscus episcopus Lugdunensis. Lugdunensis xxviii Patrum, cuius fuit auctor Philippus Viennensis. Alia Lugdunensis ix Patrum, cuius auctor idem Priscus.

Canones Sardicensis concilii, num. 21.

I. Ut episcopus laica communione privetur, si de sua civitate in alienam transmigraverit.

II. Ut episcopus nec laicam communionem in fine recipiat, si sedem mutaverit per ambitionem.

III. Ut inter discordes episcopos comprovinciales episcopi audiant. Quod si damnatus appellaverit Romanum pontificem, id observandum est quod ipse censuerit.

IV. Ut nullus appellantis episcopi sedem usurpare presumat.

V. Ut in provincia ubi unus tantum episcopus remanserit, nec comprovinciale sibi episcopum ordinare voluerit, episcopi alterius provincie a presbyteris vocati ordinent episcopum, etiamsi ille solus qui remansit post admonitionem eis cooperari noluerit.

VI. Ne episcopus ordinetur in vicis, vel in modicis civitatibus.

VII. Quod provincialis synodus per vicarios Romanorum pontificis retractari possit, si ipse ita decreverit.

VIII. Ut episcopi ad comitatum non vadant, nisi ab imperatore vocati, aut necessitatibus oppressorum subventuri.

IX. Ut episcopi diaconos suos ad comitatum dirigant.

X. Ut papa diaconos Romanos ad comitatum venientes, sollicite discutiat, si justam causam venientis habeant.

XI. Ut episcopi episcopos ad comitatum transentes sollicite discutiant, ne pro ambitione vadant.

XII. Ut episcopi ab aliis instruantur, si nondum synodica statuta noverunt.

XIII. Ut ex laicis non fiant episcopi, a presbyteri, vel diaconi, utpote per inferiores.

XIV. Ne episcopi ultra tres septimanas in aliena civitate morentur, quoniam laici tanto tempore conventum ecclesiae negligentes sunt excommunicandi.

XV. Ne episcopus a sua ecclesia plus quam duas hebdomadas absit.

XVI. Ut clericus a suo episcopo excommunicatus non recipiatur ab alio.

XVII. Ut clericum sive juste, sive injuste, ab episcopo suo excommunicatum finitimi episcopi audiant; si ante excommunicationem, nullo modo excommunicent tam diu morari.

XVIII. Ut nullus episcopus alienum clericum in parochia sua ordinet.

XIX. Ut ordinatio alieni clericis sine consensu proprii episcopi irrita sit.

XX. Ut presbyteri extra suam parochiam non plus quam III septimanas demorentur.

^a Supplendum e Graci canonis sensu nisi per gradus presbyteri, etc.

^b Locus obscurus. Vide can. 17 in ipso Sardicensi concilio.

A XXI. Ut episcopi a sede sua expelsi non prohibeantur in aliena civitate.

Omnis synodus dixit: Universa que constituta sunt catholica Ecclesia in toto orbe custodiat.

Et subscripterunt episcopi diversarum provinciarum numero LX.

Osius a Spania, Cordubensis.

Vincentius de Capua, legatus sancte Romanae Ecclesie.

Januarius de Beneventano, legatus sancte Romanae Ecclesie.

Calipodius Neapolitanus, legatus sancte Romanae Ecclesie.

Athanasius de Alexandria.

Marcellus a Macedonia, de Ancyra.

Protagenes ex Achaia, de Sardica.

Gaudentius ex Dacia, de Naiso.

Similiter et reliqui multi.

Canones Carthaginensis concilii.

Post consulatum Honorii et Theodosii Augustorum, VIII Kalendas Junias, Carthagine, in secretaria basilice Fausti, cum Aurelius papa una cum legatis Romanae Ecclesiae Faustino episcopo ecclesie Potentiae provinciae Italiam Piceni, et Philippo et Astello presbyteris, nec non cum Augustinus Hippensis episcopus, et reliqui ccxvii episcopi dissentient, primum recitato commonitorio quod Zosimus papa ad praedictos legatos direxit, deinde etiam xx capitulis Nicenae concilii recitatis, ut superioris descripta inveniuntur, communi decreto statuerunt capita xxxvii quae subsequuntur.

I. Ut statuta Nicenae concilii omnimodis conserventur.

II. Ut sancta Trinitas populo Dei predicetur.

III. Ut altaris ministri se omnino contineant iusta apostolorum doctrinam.

IV. Ut a propriis utoribus se abstineant ministri altaris.

V. Ut a clericis penitus avaritia vitetur, nec feras de qualibet re accipiatur.

VI. Ne chrismatis consecratio, vel puellarum consecratio, vel publica poenitentium reconciliatio ullo modo fiat a presbytero.

VII. Quod in periculo positi a presbytero possint reconciliari, si tamen praeceperit episcopus.

D VIII. Quod criminosi nequeant accusare episcopos, neque maiores natu.

IX. Ut episcopus, vel presbyter excommunicetur, si alterius episcopi excommunicatum in communionem recepit.

X. Ut presbyter, si contra episcopum suum inflatus schisma fecerit, anathema sit.

XI. Ut episcopus absque synodi tempore in criminis detentus sit.

XII. Ut episcopus non a paucioribus quam tribus ordinetur.

^c Non existant in hac epitome, hinc videatur multa.

^d Adde ex codice Canon. eccles. Africane, a duodecim episcopis audiatur. *Hanc* *Digitized by Google*

XIII. Si quis contra professionem suam, vel subscriptionem venerit, ipse se a honore episcopus audiatur.

XIV. Ut apud Tripolim presbyter a quinque audiatur episcopis, et diaconus a tribus propter inopiam provinciae.

XV. Ut clericis apud ecclesiam incriminati ecclesiasticum judicium non abnuant. Et ut judicibus ecclesiasticis nil obsit, si eorum sententia solvatur, cum ab illis ad alios ecclesiasticos judices majoris auctoritatis provocatum fuerit, si tamen convinci non poterint, quod aliqua cupiditate depravati ita judicassent. Item ut a judicibus consensu partium electis non provocetur. Item ne filii sacerdotum exhibeant scollaria spectacula vel exspectent^b, ut ubi blasphemiae sunt, non accedant.

XVI. Ne clericis sint conductores vel procuratores, nec ullo turpi negotio victimum querant. Item ut lectors aut cogantur ducere uxores, aut profiteantur continentiam. Item ut clericus commodans pecuniam tantum recipiat quantum dedit. Item ut ante vigesimum quintum annum nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur.

XVII. Ut unaquaque provincia propter longinquitatem primatum [primate] habeat proprium.

XVIII. Ut clericis ab ordinatoribus suis canones inculcentur.

XIX. Ut mortuis nec eucharistia nec baptismus detur.

Ut annuatim concilium celebretur, ad quod singularum provinciarum legati dirigantur. Ut nec accusatus episcopus, nec accusator ejus, a communione suspendatur, nisi ad causam suam dicendam electorum judicium die statuta occurrere noluerit. Ut episcopus non communicans nec in sua ecclesia communicet. Ut persona accusatoris, si culpabilis vicietur, ad arguendum non admittatur, nisi proprias causas, non tamen ecclesiasticas, asserere voluerit.

XX. Ut accusatus presbyter, vel diaconus, discutiantur ab episcopo, adjunctis septem in presbyteri nomine, et tribus in diaconi nomine, quos ipsi petierunt. Reliquorum clericorum causas solus episcopus loci cognoscat et finiat.

XXI. Ut filii clericorum paganis, hereticis, vel schismaticis in matrimonio non jungantur.

XXII. Ut clericis in eos qui catholici non sunt, nihil per donationes rerum suarum conferant.

XXIII. Ut episcopi non transeant mare nisi consulto eorum primate.

XXIV. Ut nihil in ecclesia legatur sub nomine divinarum Scripturarum testatum^d.

XXV. Ut subdiaconi, diaconi, presbyteri, episcopi, ab utoribus contineant: quod nisi fecerint, depontantur. Caeteros autem clericos ad hoc non cogi, nisi maturiori ætate.

^a Forte, spectent. HARD.

^b Locus mendosus.

^c Sub hoc numero xix, continentur tituli quinque.

A XXVI. Si quis episcopus res ecclesie sue sine consilio finitimarum episcoporum vendiderit, deponatur.

XXVII. Ut presbyteri, vel diaconi in graviori culpa convicti, manus impositionem non suscipiant tanquam laici, ne rebaptizati clerici flant.

XXVIII. Ut clericis qui ad transmarinos, non ad primates suos appellaverint, in communionem non recipiantur.

XXIX. Si quis clericus excommunicatus ante audiencem communicare præsumperit, ipse in se damnationem protulit.

XXX. Ut accusatus vel accusator in loco unde est ille qui accusatus est, si metuit aliquam vim multitudinis, locum sibi eligat proximum.

B XXXI. Ut clerici, si episcopis suis volentibus eos pro ecclesiarum necessitate ad majorem honorem promovere, non obedierint, nec ibi in gradu suo ministrant unde recedere noluerunt.

XXXII. Ut clericis res ecclesie, quas de rebus conquisierint (ecclesiasticis,) ecclesie relinquant.

XXXIII. Ut presbyteri rem ecclesie sue non vendant, nec episcopus rem tituli matricis ecclesie usurpet.

Et subscripterunt:

Aurelius episcopus huic schede a nobis relectus subscripsi.

Faustinus episcopus ecclesie Potentiae [Potentiae] provincie Italiae Piceni, legatus Ecclesie Romanae, huic schede subscripsi.

C Philippas et Asellius presbyteri Romanae Ecclesie legati his gestis subscripsimus per nos relectis et directis.

Augustus [Augustinus] episcopus Hipponis Regli legatus concilii Numidiae huic chartula pro me et codem concilio subscrip*pai*.

Et reliqui episcopi cccxiii diversarum provinciarum subscripterunt, qui in Carthaginensi concilio convernerunt.

Canones diversorum conciliarum Africanae provinciarum, numero cv.

I. Quod nihil de Hipponeensi concilio primo sit emendandum.

II. Ut clerici filios suos a sua potestate non dimittant, nisi ea ætate qua ad ipsos propria peccata pertineant.

III. Ut clericis non ordinentur priusquam omnes suos fecerint catholicos.

IV. Ut nihil, nisi panis et vinum aqua mistum, in sacramentis offeratur.

V. Ne clericis, vel continentibus, aut viduas vel virgines accedant, nisi jussu vel permisso episcoporum: nec tunc soli, sed coram probatis personis accedant.

VI. Ut prima sedis episcopus non vocetur primus, quos distingui oportuit ut essent capita xxxvii. HARD.

^c Locus mendosus.

cepit sacerdotum, vel summus sacerdos, sed tantum princeps sedis episcopus.

VII. Ne clerici in tabernis edant vel bibant, nisi peregrinatio hoc cogat.

VIII. Ut sacramenta altaris non nisi a jejunis celebrentur.

IX. Ut clerici in ecclesia non conviventur nisi necessitate.

X. Ut episcopus poenitentiam poenitentibus imponat juxta differentiam peccatorum, nec presbyter reconciliet poenitentes inconsulto episcopo, ut publice poenitentibus manus ante absidam imponat.

XI. Ne episcopus vel presbyter virgines sacras passim vagari permittat.

XII. Ut infirmi obmutescentes baptizentur, si testimonium suæ voluntatis habuerint. Ut scenicis, et histrioibus, et aliis hujusmodi personis reconciliatio non negetur.

XIII. Licet legi passiones martyrum cum eorum anniversarii dies celebrantur.

XIV. Ut ab apostolica sede inquiratur, si possint ordinari qui apud haereticos in infantia sunt baptizati.

XV. Ne flant rebaptizationes, reordinationes, et translationes episcoporum. Ut episcopus alieni episcopatus invasor judicaria auctoritate excludatur, si sacerdotalia monita contempserit.

XVI. Ut episcopus non a paucioribus quam tribus ordinetur.

XVII. Ut ordinandus episcopus, si ei contradicitur, non jam a tribus, sed a pluribus expurgatus ordinetur.

XVIII. Ut de ecclesia Carthaginensi dies Paschæ Africaniæ ecclesiis nuntietur episcopis et discutiatur. Interlocutio Honorati, et Urbani episcoporum sit... Mauritanie le...

XIX. Ut diœceses propriis episcopis carentes episcopos non accipiant, nisi ex consensu episcopi qui illas catenus non superbe retinuit. Nam si superbe retinuerit, et plebis incubare affectans coepiscopos suos despicerit, non solum a retentis diœcesibus, sed a propria ecclesia auctoritate judicaria propelegendus est.

XX. Ne quis episcopus alienum clericum sibi vendicet, nisi concedente ejus episcopo.

XXI. Quod Carthaginensi episcopo liceat ex qualibet ecclesia ordinare præpositos, presbyteros, vel episcopos ad alias ecclesias.

XXII. Ut episcopus nullam diœcesim sibi vendicet, nisi ad quam ordinatus est.

XXIII. Quod parvuli a Donatistis baptizati, in catholicâ ad clerum ordinari possint.

XXIV. Ut idolorum reliquiae, vel tempora destruantur.

XXV. Petendum ab imperatore, ut statuatur, ne clerici de judicii sui cognatione [Forte, cognitione] engantur in publico testimonium dicere.

^a Lege, tenius. HARD.

^b Lege, legatio dirigatur. Deinde in titulo sequente xxxvi : in incontinentes. HARD.

XXVI. Petendum ab imperatore ut paginorum comitia faciat auferri.

XXVII. Petendum ab imperatore ut prohibeat spectacula theatrorum in diebus Dominicis et aliis sanctorum festis.

XXVIII. Petendum ab imperatore ut interposita pena damni pecunie statuat, ne quis damnatum clericum defendat.

XXIX. Petendum ab imperatore ne permitat histriones post conversionem ad pristinum ludum ab aliquo compelli.

XXX. Petendum ab imperatore ut manumissiones in ecclesia celebrentur.

XXXI. Ut Equirius damnatus quomodoque expelleretur, ne statum ecclesie inquietaret.

XXXII. Ut cum Donatistis leviter a agatur, ut in mansuetudine correpti resipiscant a laqueis diaboli.

XXXIII. Ut judices sacerulares communem matrem sanctam Ecclesiam in hoc adjuvent, in quo episcopi auctoritas contemnitur.

XXXIV. Ut clerici Donatistarum in catholicam recipientur cum ordine pro tempore et necessitate.

XXXV. Ut ad Donatistas causa componenda pacis legatio ^b... in continentis.

XXXVI. Ut episcopi, presbyteri, diaconi deponantur, si vel cum uxoribus inveniantur.

XXXVII. Ne episcopus diu absit a sua principali cathedra.

XXXVIII. Ut infantes baptizentur. de quorum baptismo dubitatur.

XXXIX. Ut dies Paschæ et concilii omnibus denuuntur.

XL. Ne intercessor episcopus cathedralm defuncti episcopi diu retineat, sed infra annum eidem cathedrali episcopum provideat.

XLI. Ut defensores ecclesiarum ab imperatoribus postulentur.

XLII. Ut episcopi ad concilium veniant, nisi aliqua gravi necessitate impedianter.

XLIII. Ut episcopus invasor alieni episcopatus damnetur, si vocatus ad synodus venire contempscerit, aliasque ordinetur.

XLIV. Quod dissidentes populi impedire non debant, quin episcopus eis...

XLV. Ut clericus, si post excommunicationem suam infra annum causam suam purgare contempscerit, penitus deinceps non audiatur.

XLVI. Si quis episcopus de alio monasterio suscepimus suæ ecclesiæ præpositum, vel clericum ordinaverit, excommunicetur, nec ille clericus, vel præpositus perseveret.

XLVII. Si quis episcopus haereses hereticos vel paganos ecclesiæ prætulerit, vel post mortem anathematizetur, nec nomen ejus inter Dei sacerdotes recitetur.

XLVIII. Ut altaria ab episcopis evertantur, ubi

nullius sancti corpus, aut reliquiae condite pro- A communicaverit apud transmarinos, a clero dejici-
bantur.

LXIX. Ut ab episcopo Carthaginensi, cum opus
fuerit, omnium episcoporum nomina dictentur, sub-
scribantur litteris in concilio dictatis.

*In manuscripto codice desunt numeri, a LXIX usque
ad LXX.*

LX. Ut episcopi qui posterius ordinati sunt, prioribus se non audeant anteferre.

LXI. Ne accusato episcopo episcopatus adimatur,
priusquam causa ejus definiatur.

LXII. Ut deposito episcopo libere successor requi-
ratur.

LXIII. Ut episcopi qui ordinantur ab ordinatoribus suis, epistolae accipiant quæ diem et consulem pre-
ferant, ne deinceps de posterioribus, vel anterioribus alteratio fiat.

LXIV. Ut quicunque in ecclesia vel semel lege-
rit, ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur.

LXV. Ut Donatistæ in singulis civitatibus ab epi-
scopis convenientur utrinque.

LXVI. Ne [Forte, ut] quæstio quæ Donatistas et
catholicos ab invicem separavit pacifice tractetur.

LXVII. Ut Donatistæ, qui, pacifica præmoni-
tione contempta, catholicos infestare non cessant,
militari auxilio submoveantur, sicut et apostolus
factiosorum conspirationem submovit.

LXVIII. Ne episcopi ad transmarina facile profliscantur, si accipient...

LXIX. Ut universale concilium non fiat nisi pro
necessitate communium causarum; ut causæ, quæ
communes non sunt, in suis provinciis judieentur.

LXXX. Si provocatum fuerit, eligat qui provocatur
contra eum qui provocat judices, a quibus deinceps
provocare non licet.

LXXI. Ut ab imperatore postuletur advocatorum
defensio pro causis Ecclesiæ.

LXXII. Ut plebes quæ episcopum nunquam habue-
runt, non accipient episcopum nisi destinatum ex
plenario concilio provinciarum et primatis consensu
episcopi ad cuius diœcesim pertinuit.

LXXIII. Ut plebes a Donatistis conversæ etiam
inconsulto concilii episcopum erant [Forte, creent].

LXXIV. Quod vocati ad synodum, si venire con-
tempserint, damnari possint ut contumaces.

LXXV. Placuit ut Romana et Alexandrina eccle-
sia invicem pacifcentur.

LXXVI. Ut desertores uxorum, vel desertrices mar-
itorum aut ita permaneant, aut sibi reconcilientur
juxta evangelicam et apostolicam doctrinam.

LXXVII. Ut ille tantum preces, pœnitentes, com-
mendationes, vel manus impositions ab omnibus
celebreantur, quas probaverit concilium.

LXXVIII. Ut qui publicorum judiciorum cogni-
tionem ab imperatore postulaverit, honore privetur.
Nil autem obsit, si quis episcopale judicium ab im-
peratore petierit.

LXXIX. Si clericus excommunicatus in Africa

* Locus mendosus.

A communicaverit apud transmarinos, a clero dejici-
tur.

LXXX. Ut pergentes ad comitatum, causam suam
vel Carthaginensi vel Romano pontifici insinuent.

LXXXI. Ut unus episcopus non sibi vindicet co-
gnitionem ab Honorio et Theodosio imperatoribus
contra Pelagium, Cœlestium.

*Octo capita quæ sequuntur in Carthaginensi concilio
sub anathemate statuta sunt.*

LXXXII. Quod Adam non necessitate naturæ, sed
pro peccati merito moreretur.

LXXXIII. Quod parvuli in remissionem peccato-
rum baptizentur.

B LXXXIV. Quod gratia Dei non solum tribuit re-
missionem peccatorum, sed etiam præstat adjutorium
ne peccetur.

LXXXV. Quod gratia Christi non solum scientiam
tribuit quid agamus, sed etiam dilectionem nobis
inspirat, ut quod scimus implere valeamus.

LXXXVI. Quod sine gracia Dei nihil boni implere
possimus.

LXXXVII. Quod sancti cum sancto Joanne non
solum pro humilitate, sed etiam pro veritate...

LXXXVIII. Quod in oratione Dominica sancti pro
se dicant, *Dimitte nobis debita nostra.* *

LXXXIX. Quod veraciter dicatur a sanctis, *Di-
mitte nobis debita nostra.*

C XC. Ut catholici et Donatistæ in una diœcesi ma-
nentes, si adversus [Forte, et ad diversas] cathedras
pertinentes post conversionem Donatistarum, ad
illam cathedralim simul pertineant, ad quam catholici
jani ante pertinebant.

XCI. Ut catholici episcopi et ex Donatistis con-
versi, diœceses illas æqualiter dividant, in quibus
tani Donatistæ quam catholici jam ante comman-
derant.

XCII. Ut nullus episcopus diœcesim repeatat, quam
alius episcopus ab heresi liberans jam triennio abs-
que lite possederat.

XCIII. Ne episcopi plebes, quas ad se pertinere
putant, inconsultis episcopis a quibus detinentur,
irruant.

XCIV. Si episcopus sex menses, post admonitionem
memor episcoporum, neglexerit catholicas
efficere plebes ad suam cathedralim pertinentes,
quamlibet eos obtineat, qui illas ab heresi libera-
verit.

XCV. Ut episcopus a judicibus communiter electis
provocasse detectus, contumaciter eis nolens obtem-
perare, excommunicetur a primate usque illis obtem-
peret.

XCVI. Ut episcopus suam diœcesim ab heresi li-
berare nolens et negligens, excommunicetur.

XCVII. Ut episcopi Donatistas sibi communicasse
mentiti deponantur.

XCVIII. Ut clerici non ad Africana concilia, sed
ad transmarina provocantes ab Africaniis in commu-

nionem non recipientur, (nisi) necessitas [Forte, ad A hoc] ... coegerit.

XCI. Quod virgines etiam ante xxv annos velari possint, si... aliqua jam non admittant.

C. Ut ex singulis provinciis terni judiccs selenantur, ne diutus in concilio omnes episcopi tenentur.

CI. Quod excommunicati ad accusationem non sunt admittendi.

CII. Ut nullus servus, vel libertus, vel infamis, vel haereticus, vel paganus, vel Judaeus, vel illi quos publicae leges non admittunt, ad accusationem admittantur: quibus tanta omnibus iu propriis causis licentia accusandi non negatur.

CM. Ut accusatores clericis plurima crimina objicientes, si hoc quod primum objecerint probare non valuerint, ad reliqua ut ad testimonium non admittantur. Qui nec accusare permittuntur vel illi quos accusator de domo sua produxerit.

CV. Nullus ad testimonium exhibeat intra sextum annum etatis sue.

CV. Ut si episcopus aliquem sibi soli crimen confessum fuisse dixerit; ille a negaverit, non indignetur episcopus, si sibi soli non creditur.

Ut quandiu episcopus aliquem sibi soli crimen confessum pro excommunicato vitaverit, tandem eadem episcopo ab aliis non communicetur episcopis. Et hoc ideo episcopus caueat, ne in quemquam dicat, quod aliis documentis probare nequeat.

Et subscripterunt:

* Forte, et ille. HARD.

Aurelius episcopus his gestis statutorum apud nos habitis subscripsi.

Augustinus [Faustinus] episcopus ecclesie Potentiae provincie Italie Piceni legatus Ecclesie Romanae his gestis subscripsi.

Philippus et Asellus presbyteri, Romanæ Ecclesie legati, his gestis subscripsimus, quæ per nos Romanæ, directa sunt.

Augustinus episcopus Hippomensis, legatus provincie Numidie, his gestis subscripsi.

Item et reliqui ccx episcopi subscripterunt.

Quod predicta synodus Africana ccvii episcoporum per Faustum episcopum, et Philippum et Asellum presbyteros ejusdem concilii statuta Bonifacio pape confirmanda direxerit, et quod per eundem papam sibi exemplaria Nicenæ concilii ex orientalibus episopis mutuari petierit.

Quod sanctus Cyrillus patriarcha Alexandriensis episcopis Africanae synodi authentica Nicenæ concilii exemplaria direxerit.

Quod et Atticus Constantinopolitanus episcopus Africanae episcopis authentica Nicenæ concilii exemplaria direxerit.

Quod exemplaria Nicenæ concilii post consulatum Honorii et Theodosii Augustorum vi Kalendas Decembris ad Bonifacium papam sub xx capitibus pereverint, sicut per omnia in superioribus sunt.

Quod Africanum concilium missis litteris Celestium papam rogaverit, ut excommunicatos ex Africa fugientes nullatenus in communionem susciperet.

C

ADRIANI PAPÆ CAPITULA

Quæ ex Græcis et Latinis canonibus, et synodis Romanis, atque decretis præsumul ac principum Romanorum sparsim collecta sunt, et Inglitramno Mediomaticæ urbis episcopo Rome a beato Adriano papa tradita, sub die xiii Kalendas Octobres, indictione 9, quando pro sui negotii causa agebatur.

DE SEQUENTIBUS CAPITULIS J. SIRMONDI MONITUM.

Qui sequuntur Adriani papæ canones et decreta, seu sententiæ (nam et his quoque nominibus appellari solent), in postrema editione, que Antonii Augustini notis illustrata est, ita distinctæ atque distributæ sunt ut LXXII capitulis comprehendantur. Ceterum octoginta numero suisse constat. Hoc enim et priores editiones titulo suo testantur, et Gratianus aliqui canonum collectores, cum horum canonum

D testimonio utuntur, eundem numerum agnoscent. Quare quoniam in exemplaribus quoque nostris confusi et sine numerorum notis erant, pristinum numerum, id est octogenarium, ex conjectura reddidimus. Singulis etiam canonibus singula regum nostrorum capitula quæ his Adriani sententiis respondent, apponenda curavimus.

contra episcopum, vel actores ecclesie, se proprium crediderit habere negotium, prius ad eum recurrit charitatis studio; ut familiari colloquio commonitor, ea sanare debeat quæ in querimoniam deducantur. Quam rem si differre [deferre] voluerit, sententiam suscipiat excommunicationis.

III.

De primatu sedis apostolice et de legitima episcopi vocazione.

(Addit. iv, cap. 42.) Nullus episcopus, nisi canonicæ vocatus, et in legitima synodo suo tempore

I.
Quod qui episcopum accusat, Dei ordinationem accusat.

(Capitular. lib. vi, c. 280. — 6, quæst. 1, Sacerdotes.) Dei ordinationem accusat, in qua constituantur, qui episcopos accusat vel condemnat, dum minus spiritualia quam terrena sectantur. Unde Prophetæ ait: *Noite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari* (I Paral. xvi).

II.

Qui negotium habet cum episcopo prius ad illum privatim recurral.

(Lib. vi, cap. 287.) Placuit ut quaecunque persona